Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et tenet ad restitutionem ¶ Si ptm alte-
rius etiam manifestum narrat ex odio vel
intentione nocendi peccat mortaliter. sed ad
restitutionem fame non tenet. si autem ex lo-
quacitate venialiter peccat ¶ Si de factis
aliorum que sunt venialia omnino recitauit
ex loquacitate vel aliqua indignatione non est mor-
tale nisi intendat sic diffamare. ¶ Si signi-
ficauit ptm alterius mortale et occultum
plate vel parentibus vel confessoribus a' alys
psonis maturis q' prue illum peccatum impe-
dire ne amplius sile facias vel qd' non
fiat si adhuc non fuerit factum. puta si
timet homicidium ab illo fieri qd' significi-
cauit si qz non est ptm ꝑ caritas. et non
tenet ad restitutionem fame maxime cum ve-
rum significauit. secus si falsum significauit.
¶ Si falsum dixit de aliquo debet attendere
illum vel illos coram quo vel quibus hoc dixit
et dicere coram eis falsum se dixisse. nec excu-
satur q' hoc sit ei verecundia magna. si
autem verum dixit ꝑ non iuste vel bene non
debet dicere se falsum dixisse qz hoc tunc esset
mendacium sed debet dicere iniuste et male
dixisse ¶ Si quis narrat crimen alicui